σιν. καὶ γὰρ ταῦτα τρόπον τινὰ λέγεται καθ' ἕν. δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι τῆς ὄντα. πανταχοῦ δὲ κυρίως τὸ πρῶτον καὶ ὅθεν ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται. καὶ διὰ ὁ λέγονται. εἰ οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν αὖ δεῖ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον. ἅπαντος δὲ γνῶσις, καὶ αἴσθησις μία ἑνὸς καὶ ἐπιστήμη· ὅθ γραμματικὴ μία οὖσα, πάσας θεωρεῖ τὰς φωνάς. διὸ καὶ τῶν ὄντος ὅσα εἴδη θεωρῆσαι, μιᾶς ὄζιν ἐπιστήμης τῷ γένει, τάτε εἴδη τῶν εἰδῶν. εἰ δὴ τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν ταὐτόν, καὶ μία φύσις, τῷ ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις, ὥσπερ ἀρχὴ καὶ αἴτιον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἑνὶ λόγῳ δηλούμενα· διαφέρει δὲ οὐθὲν οὐδ' αἱ ὁμοίως ὑπολαμβάνομεν, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἔργου μᾶλλον. ταὐτὸ γὰρ εἰς ἄνθρωπος, καὶ ὢν ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος· καὶ οὐχ ἕτερόν τι δηλοῖ τῶν λέξεων ἐπαναδιπλούμενον, τὸ, ἔστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος, καὶ εἷς ἄνθρωπος. δῆλον δ' ὅτι οὐχ ὁρίζεται οὔτ' ὄντ γένεσιν, οὔτ' ὄντ φθορᾶς. ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι τὸ ἕν. ὥστε φανερὸν ὅτι ἡ πρόσθεσις ἐν τούτοις ταὐτὸ δηλοῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον τὸ ἓν παρὰ τὸ ὄν. ἔτι δ' ἡ ἑκάστου οὐσία, ἕν ὄζιν οὐ κατὰ συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ ὅ πρὸ ὄν πλεῖστ' ὅσα περ τὸ ἕνος εἴδη, τοσαῦτα καὶ τὸ ὄντος ἐστὶ πρεῖ ὧν τὸ τί ὄζι, τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης τῷ γένει θεωρῆσαι. λέγω δ' ὅθ πρεῖ ταὐτὸ καὶ τὸ ὁμοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, καὶ τῶν τούτοις αἰτιοκειμένων. ἔοικεν δὲ πάντα ἀνάγεται ταῖς ἀντίαις εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην. τὰ θεωρεῖται δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ὁλοκληρῇ τῶν ἐναντίων. καὶ τοσαῦτα μέρη φιλοσοφίας ἐστὶν, ὅσαι περ αἱ οὐσίαι. ὥστε ἀναγκαῖον εἶναί τινα πρῶτον καὶ ἐχομένην αὐτῶν. ὑπαρχὰ γὰρ δύο γένη ἔχοντα τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν· διὸ καὶ ἐπιστήμαι ἀκολουθήσουσι τούτοις. ἔστι γὰρ ὁ φιλόσοφος ὥσπερ ὁ μαθηματικὸς λεγόμενος. καὶ γὰρ αὕτη ἔχει μέρη. καὶ πρῶτόν τις καὶ δευτέρα ἐστὶν ἐπιστήμη, καὶ ἄλλη ἐφεξῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν. ἐπεὶ δὲ μιᾶς ἀντικείμενα θεωρῆσαι, τῶν δ' ἐνὶ ἀντικεῖ πλῆθος· ἀπόφασιν ὃ καὶ στέρησιν μιᾶς ἐστὶ θεωρῆσαι, διὰ τὸ ἀμφοτέρως θεωρεῖσθαι τὸ ἕν, ἢ ἀπόφασις, ἢ ἡ στέρησις, ἢ ἁπλῶς λεγομένη, ὅτι οὐκ ὑπάρξει ἐκείνῳ, ἢ τινὶ γένει. ἔνθα μὲν οὖν τῶν ἐνὶ ἡ διαφορὰ πρόσεστι παρὰ τὸ ὂν τῇ ὑποφάσει· (ἀποφασία γὰρ ἡ ἀπόφασις ἐκείνου ἐστὶν) ἐν δὲ τῇ στερήσει καὶ ὑποκειμένη τις φύσις γίνεται, καθ' ἧς λέγεται ἡ στέρησις.

A Etenim hæc etiam quodammodo secundum vnum dicuntur. Patet itaque vnius esse, & entia prout entia speculari. Vbique autem propriè primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, scientia: quòd si hoc substantia est, oportet profectò, vt substantiarum principia, & causas philosophus habeat. Omnis autem generis, & sensus vnus vnius, & scientia: veluti grammatica vna existens, omnes voces speculatur. Quare entis quoque quot species sunt, & species specierum speculari, vnius scientiæ genere est. Si itaque ens, & vnum idem, ac vna natura sunt, propterea quòd se inuicem sequuntur, quemadmodum principium, & causa, non quòd vna ratione significantur, nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimo magis proderit. Idem enim vnus homo, & ens homo, ac homo: & non significat diuersum aliquid secundũ dictionem repetitã, id est homo, & homo, & vnus homo. Patet autem quòd non separatur ens nec in generatione, nec in corruptione. Similiter & de vno. Quare manifestũ est, quòd additio in his idẽ significat: & quòd vnum nihil aliud est, præter ens. Itẽ, cuiusq. substantia, vnum est, non secundũ accidẽs: similiter & ipsum ens, quoduis. Quare quot vnius species, totidẽ & entis sunt. De quibus ipsum quid est speculari, eiusdẽ genere scientiæ est. Dico autẽ, vtputa, de eodẽ, & simili, cætersq. huiusmodi. Ferè autem omnia cõtraria, ad hoc principium reducuntur. Considerata sunt autẽ hæc à nobis in electione contrariorum: tótq. philosophiæ partes sunt, quot substantiæ. Quare necesse est, vt aliqua earum prima, & alia sequens sit. Sunt autem subinde habentia genera ipsum vnum, & ens. Quare etiam scientiæ sequentur ista. Philosophus nanq. est, vt ille, qui mathematicus dicitur. Et hæc enim habet partes. Ac prima quædã, & secunda scientia est. Cæteræ quoq. consequẽter, in mathematib. Cæterũ vnius est opposita speculari, vni verò opponitur pluralitas: negationẽ verò, & priuationem vnius est speculari, propterea quòd vtroq. modo vnum speculatur id, cuius est negatio, aut priuatio, sine quæ simpliciter dicitur, quod non inest illi, sine alicui generi. Ibi si quidem vni differentia est, præter illud quod in negatione. Negatio nanq. absentia illius est. In priuatione verò, & subiecta quædã natura fit, de qua priuatio di-